



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Dominica duodecima

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

*opera nostra sanctificet. Jesus, qui verba nostra ad suum Divinum Beneplacitum disponat, ac dirigat. Jesus, qui omnes cogitationes sibi attrahat. Capiat memoria Jesu devota!*

## Dominica XII. post Pentecost.

### EXHORTATIUNCULA I.

**H**omo quidam incidit in latrones.  
Infelix casus! expectat & nos.  
Jam latrones imminent vana gloria, propria complacentia, elatio, & superbia,  
quæ non raro auctus & thesauros deprædantur virtutis. Fili! non timebimus?  
sine Deo incedemus? sensibus & carni  
serviemus?

### *Instructio meritoria.*

Qui thesaurum suum publicè portat in via, deprædari desiderat. In Ecclesia oremus non cum sibilo, altis suspiriis, insulis tensionibus cordis, sed in compunctione, & recollectione mentis. Sic nostra odiosa nemini erit devotion. Novies recitemus Canticum *Magnificat*, & ad præcipuas actiones repetamus Davidis tesseram: *Non nobis Domine! non*

124 Dominica XII. post Pentecosten.

*nobis.* Gloriam non dabimus alteri,  
Deo & huic soli debetur.

II.

**E**T nos languemus in fide cum ho-  
dierno Jerosolimitano! languemus  
in spe, & charitate. Ah! si Jesus suā  
nos inviseret gratiā! oleum suæ charita-  
tis vulneribus nostris affunderet, suos-  
que in humeros susciperet, ut à morte  
liberet!

*Instructio meritoria.*

Suscipiet, si charitatem fraternalm non  
amiserimus. Sunt inter hos miseri, &  
derelicti plurimi. Dispensemus eis ver-  
bum consolationis v. g. infirmos visi-  
tandō, desolatos animandō, consilia an-  
xiis suggerendō, ad confidentiam erga  
Deum, & B. V. Mariam inflammando.  
Quod non fecerimus hucusque, satisfa-  
ciamus, & i. s. *Pater & Ave* in hono-  
rem i. s. Mysteriorum SS. Rosarii persol-  
vamus. Quid sine his Mysteriis?

III.

**I**N opere supererogatorio ô quantum  
præcelluit Samaritanus hodiernus?  
fili! inspiciamus Evangelium, & mirabi-  
mur



Dominica XIII. post Pentecosten. 125

mur excessum amoris, & sancti laboris.  
Cur nos vix non jam in Dei servitio dicimus: *Sufficit.* Communia duntaxat  
præstitimus: Majora expectat & mere-  
tur Deus. *Majori labore acquiritur  
major merces.* S. Thom. Aq.

*Instructio meritoria.*

Tepiditati nondum ad sanguinem us-  
que restitimus. Hæc sanguisuga quo-  
modo nostra non inficit merita? tolla-  
mus, & omnibus SS. exercitiis, Ecclesiæ  
Mysteriis, Sacrificiis & Rosariis, erectis  
manibûs, & libero corpore assistamus  
cum omni devotione, principalioribus  
præmittentes studiis hymnum: *Veni  
Creator Spiritus!* maledictus, qui opus  
Dei facit negligenter!

Dominica XIII. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

**D**ecem mundati sunt leprosi, & re-  
diit unus, ac gloriam Dedit Do-  
mino Deo. Quanta ingratitudo mor-  
talium! quoties & nostra jam mundata  
est anima sanguine Jesu! erimusne &  
nos de numero ingratorum?

F 3

*In-*

